



Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

VITA

M. GARGILII MAMVRRÆ

PARASITOPÆDAGOGI.

SCRIPTORE
MARCO LICINIO



10709

in 40



LVTECIÆ.

CID IOC XLIII.

Ad Lectorem.

Rhetoris insulsi vitam lecture iocosam,
Offendi nostris desine velle iocis.
Ludimus innocuis, ficto sub nomine, verbis:
Nullius & famam pagina nostra notat.
Quisquis adulatur, quisque convivia captat;
Is mihi Mamurra est, is mihi Gargilius.



AD M. LICINIUM

DE VITA MAMVRRÆ

AB EO CONSCRIPTA.

Non Venerem tantum, & comites, pia numina, Nymphas,
Finxit Apelleus, sed fera monstra, labor.
Nec solus senis altiloqui laudatur Achilles:
Est quoque Margitis fama; sed ipse fuit.
Sed perit Venus, & comites, pia numina, Nymphae:
Et sunt artificem monstra secuta suum.
At, Licini, Mamurra tuus, vel Achille sub orco,
Conspicuum vastum tollet ad astra caput:
Æternumque dabit Latia spectacula genti
Os hominis, doctis nobile stigmatibus.
Durabunt plenâ facilis quos promissis ab arcâ
R^{an}nisque lepos, Cecropyque sales.
Sic iubet ille potens Genius, qui fata libellis
Diuidit: & dulces hoc meruere ioci.
Posteritas nostri Parasitum dicere Phœbi
Ne dubitet, Licini, quem scias esse tuum.

Amyntas.

IN EFFIGIEM
MARCII GARGILII MAMVRRE
PARASITOPÆDAGŌGI

ILLE ego sum Marcus totâ notissimus urbe
Graculus esuriens, & Parasitus edax.

Εἰς εἰκόνα

Μάρκου Γαργιλίου τῆς Ρήτορος.

Εἰκὼν Γαργιλίου τῆς πικυλάου ἢ ἀποπᾶς;
Οὐδὲν Γαργιλίῳ σὺ ἀπομοιότερον.



V I T A

M. GARGILII MAMVRRÆ.

MARCUS GARGILIVS MAMVRRÆ cognomento Parasitopædagôgus, natus est in regione Pedana. quo patre, incertum est. sunt, qui L. Biberium Meronem fuisse existiment. alij M. Edacium: quidam M. Opsonium: nonnulli & L. Volturium Capitonem appellant. Quærat nunc aliquis, qui parentes Melchisedecis, quis Anci pater, quæ mater Seruij, aliásque aliorum verustatis situ obrutas origines. ecce non constat de patre illius, quem per ætatem nemo nostrûm videre non potuit. Illud constat, matrem fuisse Gnathænam, matronam non diuitem quidem, sed vetere & nobili apud Comicorum nationem Gnathonum familiâ genitam. Prægnans hæc cùm somniasset se puerum enixam similem cancro, qui dentibus reptaret, cujus totum corpus venter esset, oculûsque quoquouersum intueretur; sequenti die, Afellis & Præsepi in constellatione Cancrî dominantibus, in culinâ ad læuam partu leuata est. Continuò sedere muscæ in ore infantis. quâ de re consulti somniorum interpretes atque harioli, summum Parasitum enim aliquando futurum, vno con-

A

sensu responderunt. Lacte canino, & succo lolliginis apud Anædiam educatus, in sinu matris pueritiam transegit, quæ illum iis omnibus, quibus puerilis ætas informari solet, curavit erudiendum.

Vix duodecimū ingressus erat ætatis annum, cum amisâ parente Burdigalam se contulit; atque in scholam, quam ibi Iesuitæ obtinebant tum & florentissimam & frequentissimam admissus est. At cum modicæ opes, siue potius nullæ ex hereditate matris ei obtigissent; quo victum toleraret, haud cunctanter se ad Capsarij munia demisit. Memoria in illo erat non modò felicissima, sed penè diuina; ac quàm celerrimè quæ ei tradebantur, immo & quæ non tradebantur, capiebat, & accepta constantissimè retinebat. quapropter nobilis inter condiscipulos ferebatur. est quippe in pueris præcipuum ingenij signum memoria, eâque fere solâ initia literarum constant.

Eo factum, vt Iesuitæ qui spem summam de adolescente conceperant, eum in suam Societatem cooptarint; Romamque statim miserint, vbi Grammaticam per tres annos magnâ cum famâ docuit, Pater Esuritionum vulgo cognominatus. Sed ex eâ, quòd dubiæ esset sanitatis, tandem est exactus. atque eam fuisse suæ abitionis causam, non solùm ipse multis amicorum sanctissimè affirmavit, sed idem quoque narrauit nobis non semel testis omni exceptione major Iac. Sirmondus: vt maleuoli intelligant falsissimum esse quod asseuerant, furtum sui fecisse hominem innocentissimum, quòd Archimandritæ nomine commendaticias ad omnium Collegiorum Rectores literas confinxerat.

Ingeniosa est paupertas; &, vt ait ille, solet artes excitare. Mamurra igitur, qui Aristotelem pharmaca ven-

didisse acceperat, nec erat nescius, vt quisque inter agyr-
 tas loquendo pollet, medicinæ licet imperitum, maximi
 illico fieri: cùm circulatoriam quamdam volubilitatem
 haberet, vnâque tantum literulâ à M.* magni nominis
 agyrtâ abesset, medicinam facere constituit ignoto loco.
 Auenionéque (illic omnium hominum erat ignotissi-
 mus) *Ἐξοδατικῆ* cœpit profiteri: vbi pharmacum quod-
 dam, quod panchymagógum vocabat venditando, quæ-
 stus fecit vberrimos;

Πολλὰς δ' ἰφθίμους ψυχὰς ἄϊδι παρείκων.

quod & magnum Achillem olim etiam factitasse acce-
 pimus.

Sed cùm Prætor vrbis, ortâ paulopost seditione cir-
 cumforaneos omnes iussisset vrbe excedere, Luteciam
 Parisiorum venit, arte sua confisus. Ibi eruditulis qui-
 busdam viris innotuit, qui ei auctores fuerunt, vt ad
 caussidicinam se conferret, ad quam non mediocriter
 aptus videbatur: & erat profectò quàm qui maximè. nam
 memoriâ, quæ non immeritò thesaurus eloquentiæ dicitur,
 multùm, vt retulimus, valebat: vnde & ad iurispru-
 dentiam, quam necessariam esse oratori dicendi magistri
 existimarunt, valde quoque erat idoneus. cùm enim ad
 hanc disciplinam memoriâ maximè opus sit, eriduò se
 Iurisconsultum poterat profiteri. iam, vt de iure Consul-
 toribus responsitaret, maximam sui habebat fiduciam:
 quod vnum ad id satis esse optimus princeps Hadrianus
 rescripsit. præterea quod Isocrati & Tullio defuit, animi
 audaciâ erat præditus, quam nec metus frangeret, nec
 terreret strepitus. aderant & fortuita, corporis proceri-
 tas, ardor oculorum, vox denique, quæ vna maximè
 eloquentiâ vel commendat, vel sustinet, supra Tra-

A ij

circum fore

**
Montdor*

*Circulato-
riam.*

*Multas au-
tem illustres
animas præ-
misse ad or-
tum. Hom.
Iliad. a. ini-
tio.*

*L. 1. D. de
orig. iuris.*

challum, atque ipsum Stentorem. Ad egregiam igitur, & præclaram hanc indolem, si exercitatio accessisset, dubium non erat quin breui in magnum caussidicum esset euasurus. sed timuit scilicet vir prudentissimus, ne si quis eum perideuticen exercuisse fortè comperisset, è foro turpiter ab Aduocatis expelleretur. Ergo satis habuit vnus esse ex iis Pragmaticis, qui, vt Fabius loquitur, ad arculas sedent, & tela agentibus subministrant: quamquam nocturnum aduocatum fuisse, vidi qui contenderent: quod vt planè negare nolim, ita temerè non ausim affirmare. Catonem Censorium ferunt, in illa nobilitrium Sapientix procerum ab Athenis legatione, audito Carneade, quamprimùm legatos eos cèsuisse dimittendos: quoniam illo viro argumentante, quid veri esset haud facilè discerni posset. quod in Carneadis oratione Cato animaduertebat, id ipsum in Mamurræ sermonibus non semelprehendimus. ac profectò beatissimos eo nomine Senatores Parisienses existimo, benèque ac feliciter cum illorum religione actum puto; quòd apud eos causas non egerit. illo namque orante, quid veri esset difficilè admodum potuissent perspicere.

Solebant autem illis temporibus Parisienses Aduocati, quoties locum aliquem ex antiquorum scriptis protulissent, qui bellè in aduersarium conueniret, Horatij verba subiungere,

— *Mutato nomine, de te*

Fabula narratur.

At pragmaticus noster, haud contentus eâ rei quâ de agebatur similitudine, nomina ipsa litigantium in libris antiquorum inuestigabat. Huius rei exemplum vnum aut alterum temperare mihi non possum, quin hîc ad-

Institut. lib.
xii. cap. 3.

Min. lib. vii.
cap. 30.

scribam. fortè fuit quædam litigatrix nomine *Titiæ*. monuit Mamurra eius Aduocatum de illa agere L. Titia 36^m D. de legat. 1. fuit & alia nomine *Neera*, clara in foro litibus femina. docuit & patronum aduersarij de ea accipendos esse versus nonnullos Tibulli in *Neeram*. Ita factum est, vt à plerisque Caussidicorum, quibus hoc an-nominationum genus mirè arridebat, multum coleretur: & quoties vna cenitarent; nam

Et certare solent simul & cenare patroni,

numquam non vocaretur: vixque vllus fuit, qui non se-cum malè agi putaret, si in Mamurræ amicitia locum ali-quem non obtineret: adeo isti *μαμυρρίσμοί* (sic enim vo-cabantur) omnibus placebant. Sed eos tandem fugauit è foro huius figuræ crudelis euentus. Meaudrum quem-dam dubiæ hominem nobilitatis, immunem capitis tri-buto, ob plurima sua in patriam merita, cùm iudices pe-danei pronuntiaissent; ad supremam vestigalium curiam Vicani prouocarunt. vt literarum *n* & *u*, & similitudo inter se maxima est, & facillima alterius in alteram mu-tatio, fortè in titulo sacculi litigatorij, nec non in plerif-que litis instrumentis, Meander scriptum fuerat, non Meauder. Vicanorum aduocatus, qui sic reuera aduersa-rium vocari existimabat, dum illum de popularibus qui-dem benemeritum fatetur; propterea tamen liberum à tributo negat esse oportere, cœpit ab Mamurra accepto Mæandri fluuij exemplo vti: qui cùm in Deorum nume-rum quondam voluisset referri, licet vniuersæ Lydiæ val-de cõmodus esset, quam non modò opimo limo fecun-daret, sed etiam ita amaret, vt ab ea discederet quasi inui-tus: quod sinuosis suis recurribus testatur satis superque; tamen propter maximam pecuniam, quæ in hâc apotheo-

318133

VITA
M. GARGILII MAMVRRÆ
PARASITOPÆDAGOGI.

SCRIPTORE

MARCO LICINIC



10709

in 40



LVTECIÆ.

CIS ICS XLIII.

Ad Lectorem.

Rhetoris insulsi vitam lecture iocosam,
Offendi nostris desine velle iocis.
Ludimus innocuis, ficto sub nomine, verbis:
Nullius & famam pagina nostra notat.
Quisquis adulatur, quisquis conuivia captat;
Is mihi Mamurra est, is mihi Gargilius.



AD M. LICINIUM

DE VITA MAMVRRÆ

AB EO CONSCRIPTA.

Non Venerem tantum, & comites, pia numina, Nymphas,
Finxit Apelleus, sed fera monstra, labor.
Nec solus senis altiloqui laudatur Achilles:
Est quoque Margitis fama; sed ipse fuit.
Sed perit Venus, & comites, pia numina, Nympha:
Et sunt artificem monstra secuta suum.
At, Licini, Mamurra tuus, vel Achille sub orco,
Conspicuus vastum tollet ad astra caput:
Æternumque dabit Latia spectacula genti
Os hominis, doctis nobile stigmatibus.
Durabunt plenâ facilis quos promissis ab arcâ
Ra priusque lepos, Cecropyque sales.
Sic iubet ille potens Genius, qui fata libellis
Diuidit: & dulces hoc meruere ioci.
Posteritas nostri Parasitum dicere Phœbi
Ne dubitet, Licini, quem sciat esse tuum.

Amyntas.



IN EFFIGIEM
MARCII GARGILII MAMVRRÆ
PARASITOPÆDAGŌGI

ILLÉ ego sum Marcus totâ notissimus urbe
Graculus esuriens, & Parasitus edax.

Εἰς εἰκόνα

Μάρκου Γαργιλίου τῆς Ρήτορος.

Εἰκὼν Γαργιλίου τῆς πικυραίου ἢ ἀποπῆς;
Οὐδὲν Γαργιλίῳ σὲδ ἀπομειότερον.



V I T A

M. GARGILII MAMVRRÆ.

MARCUS GARGILIUS MAMVRRÆ cognomento Parasitopædagôgus, natus est in regione Pedana. quo patre, incertum est. sunt, qui L. Biberium Meronem fuisse existiment. alij M. Edacium: quidam M. Opsonium: nonnulli & L. Volturium Capitonem appellant. Quærat nunc aliquis, qui parentes Melchisedecis, quis Anci pater, quæ mater Seruij, aliásque aliorum vetustatis situ obrutas origines. ecce non constat de patre illius, quem per ætatem nemo nostrum videre non potuit. Illud constat, matrem fuisse Gnathænam, matronam non diuitem quidem, sed vetere & nobili apud Comicorum nationem Gnathonum familiâ genitam. Prægnans hæc cum somniasset se puerum enixam similem cancro, qui dentibus reptaret, cujus totum corpus venter esset, oculisque quoquouersum intueretur; sequenti die, Asellis & Præsepi in constellatione Cancri dominantibus, in culinâ ad læuam partu leuata est. Continuò sedere muscæ in ore infantis. quâ de re consulti somniorum interpretes atque harioli, summum Parasitum eum aliquando futurum, vno con-

A

sensu responderunt. Lacte canino, & succo lolliginis apud Anædiam educatus, in sinu matris pueritiam transegit, quæ illum iis omnibus, quibus puerilis ætas informari solet, curavit erudiendum.

Vix duodecimū ingressus erat ætatis annum, cum amisâ parente Burdigalam se contulit; atque in scholam, quam ibi Iesuitæ obtinebant tum & florentissimam & frequentissimam admissus est. At cum modicæ opes, siue potius nullæ ex hereditate matris ei obtigissent; quo victum toleraret, haud cunctanter se ad Capsarij munia demisit. Memoria in illo erat non modò felicissima, sed penè diuina; ac quàm celerrimè quæ ei tradebantur, immo & quæ non tradebantur, capiebat, & accepta constantissimè retinebat. quapropter nobilis inter condiscipulos ferebatur. est quippe in pueris præcipuum ingenij signum memoria, eâque fere solâ initia literarum constant.

Eo factum, vt Iesuitæ qui spem summam de adolescente conceperant, cum in suam Societatem cooptarint; Romamque statim miserint, vbi Grammaticam per tres annos magnâ cum famâ docuit, Pater Esuritionum vulgo cognominatus. Sed ex eâ, quòd dubiæ esset sanitatis, tandem est exactus. atque eam fuisse suæ abitionis causam, non solùm ipse multis amicorum sanctissimè affirmavit, sed idem quoque narravit nobis non semel testis omni exceptione major Iac. Sirmondus: vt maleuoli intelligant falsissimum esse quod asseuerant, furtum sui fecisse hominem innocentissimum, quòd Archimandritæ nomine commendaticias ad omnium Collegiorum Rectores literas confinxerat.

Ingeniosa est paupertas; &, vt ait ille, solet artes excitare. Mamurra igitur, qui Aristotelem pharmaca ven-

didisse acceperat, nec erat nescius, ut quisque inter agyr-
tas loquendo pollet, medicinæ licet imperitum, maximi
illico fieri: cum circulatoriam quamdam volubilitatem
haberet, vnâque tantum literulâ à M.* magni nominis
agyrta abesset, medicinam facere constituit ignoto loco.
Auenionéque (illic omnium hominum erat ignotissi-
mus) *Ἐξοδδῶτικῆν* cœpit profiteri: vbi pharmacum quod-
dam, quod panchymagôgum vocabat venditâdo, quæ-
stus fecit vberrimos;

circumforane

*
MontdorCirculato-
riam.

Πολλὰς δ' ἰφθίμους ψυχὰς ἄϊδι παρειάψεν.
quod & magnum Achillem olim etiam factitasse acce-
pimus.

Multas au-
tem illustres
animas præ-
misit ad or-
tum. *Hom.*
Iliad. α. ini-
sio.

Sed cum Prætor vrbis, ortâ paulopost seditione cir-
cumforaneos omnes iussisset vrbe excedere, Luteciam
Parisiarum venit, arte sua confisus. Ibi eruditulis qui-
busdam viris innotuit, qui ei auctores fuerunt, ut ad
causidicinam se conferret, ad quam non mediocriter
aptus videbatur: & erat profectò quàm qui maximè. nam
memoriâ, quæ non immeritò thesaurus eloquentiæ dici-
tur, multum, ut retulimus, valebat: vnde & ad iurispru-
dentiam, quam necessariam esse oratori dicendi magistri
existimarunt, valde quoque erat idoneus. cum enim ad
hanc disciplinam memoriâ maximè opus sit, triduo se
Iurisconsultum poterat profiteri. iam, ut de iure Consul-
toribus responsitaret, maximam sui habebat fiduciam:
quod vnum ad id satis esse optimus princeps Hadrianus
rescripsit. præterea quod Isocrati & Tullio defuit, animi
audaciâ erat præditus, quam nec metus frangeret, nec
terreret strepitus. aderant & fortuita, corporis proceri-
tas, ardor oculorum, vox denique, quæ vna maximè
eloquentiâ vel commendat, vel sustinet, supra Tra-

L. 1. D. de
orig. iuris.

challum, atque ipsum Stentorem. Ad egregiam igitur, & præclaram hanc indolem, si exercitatio accessisset, dubium non erat quin breui in magnum caussidicum esset euasurus. sed timuit scilicet vir prudentissimus, ne si quis eum periodeuticen exercuisse fortè comperisset, è foro turpiter ab Aduocatis expelleretur. Ergo satis habuit vnus esse ex iis Pragmaticis, qui, vt Fabius loquitur, ad arculas sedent, & tela agentibus subministrant: quamquam nocturnum aduocatum fuisse, vidi qui contenderent: quod vt planè negare nolim, ita temerè non ausim affirmare. Catonem Censorium ferunt, in illa nobilitrium Sapientix procerum ab Athenis legatione, audito Carneade, quamprimù legatos eos césuisse dimittendos: quoniam illo viro argumentante, quid veri esset haud facile discerni posset. quod in Carneadis oratione Cato animaduertebat, id ipsum in Mamurræ sermonibus non semel deprehendimus. ac profectò beatissimos eo nomine Senatores Parisienses existimo, benéque ac feliciter cum illorum religione actum puto; quòd apud eos causas non egerit. illo namque orante, quid veri esset difficile admodum potuissent perspicere.

Solebant autem illis temporibus Parisienses Aduocati, quoties locum aliquem ex antiquorum scriptis protulissent, qui bellè in aduersarium conueniret, Horatij verba subiungere,

— *Mutato nomine, de te*

Fabula narratur.

At pragmaticus noster, haud contentus eâ rei quâ de agebatur similitudine, nomina ipsa litigantium in libris antiquorum inuestigabat. Huius rei exemplum vnum aut alterum temperare mihi non possum, quin hîc ad-

Institut. lib.
xii. cap. 3.

Min. lib. vii.
cap. 30.

scribam. fortè fuit quædam litigatrix nomine *Titiæ*. monuit Mamurra eius Aduocatum de illa agere L. Titia 36^{am} D. de legat. i. fuit & alia nomine *Neera*, clara in foro litibus femina. docuit & patronum aduersarij de ea accipendos esse versus nonnullos Tibulli in *Neæram*. Ita factum est, vt à plerisque Caüssidicorum, quibus hoc an-nominationum genus mirè aridebat, multum coleretur: & quoties vna cenitarent; nam

Et certare solent simul & cenare patroni,

numquam non vocaretur: vixque vllus fuit, qui non secum malè agi putaret, si in Mamurræ amicitia locum aliquem non obtineret: adeo isti *μαμυρρίσμοί* (sic enim vocabantur) omnibus placebant. Sed eos tandem fugauit è foro huius figuræ crudelis euentus. Meaudrum quemdam dubiæ hominem nobilitatis, immunem capitis tributo, ob plurima sua in patriam merita, cum iudices pedanei pronuntiaissent; ad supremam vectigalium curiam Vicani prouocarunt. vt literarum *n* & *u*, & similitudo inter se maxima est, & facillima alterius in alteram mutatio, fortè in titulo sacculi litigatorij, nec non in plerisque litis instrumentis, Meander scriptum fuerat, non Meauder. Vicanorum aduocatus, qui sic reuera aduersarium vocari existimabat, dum illum de popularibus quidem benemeritum fatetur; propterea tamen liberum à tributo negat esse oportere, cœpit ab Mamurra accepto Mæandri fluuij exemplo vti: qui cum in Deorum numerum quondam voluisset referri, licet vniuersæ Lydiæ valde commodus esset, quam non modò opimo limo fecundaret, sed etiam ita amaret, vt ab ea discederet quasi inuitus: quod sinuosis suis recurribus testatur satis superque; tamen propter maximam pecuniam, quæ in hac apotheo-

fin erat impendenda, prohibitus est à regionis incolis. dum hæc magnâ contentione Rusticorû aduocatus loquitur, dicentem interpellauit, qui in hac homonymiâ litis summam versari existimabat, ineptus quidam Meaudri procurator; monuitq; iudices clientem suum non Meandrum, sed Meaudrum vocari. quod tæque quatæque magnâ voce clamitauit. vnde tam magnus repente risus exortus est, vt perorare vix licuerit aduocato. atque ex eo tempore nemo ampliùs ausus est *καμάρπισιν*.

Hoc simul atque Gargilius noster animaduertit forum prudens reliquit. Cùmque audiuisset Cardinalem Richelium, dum non minùs ingenij, quàm imperij Gallici terminos promouere conatur, poëticen seriò colere, eiùsque studiosos multùm adiutare, ad eam artem se totum conuertit: idque audaciùs, quòd dorso exceptis non semel quam plurimis fustium ictibus, dudum explorauerat iuxta ipsius Horatij consilium,

— *Quid ferre valerent;*

Quidue recusarent humeri.

Nihil est profectò quod non labor vincat improbus. genio erat ille tam à poësi alieno, quàm qui alienissimo. tamen assiduo labore. & studio pertinaci hoc demum consecutus est, vt Acrostichidas, Emblemata, Ænigmata, Logogriphos, Alas, Aras, Oua, Secures, *Σύελλας*, Thronos, Sphæras, Circulos, Proteos, Cancrinos versus, Echoïcos, Leoninos, Rhopalicos, Numerales, Odas *ἀόττοις*, *Ἀποροδύματα* poëmata, aliàque id genus carmina, quæ sanè facilius est irridere quàm imitari, bellè componeret, naturâ licet negante, immo inuitis omnibus Musis, Mineruâ, atque ipso Apolline: adeo falsum est quod asseuerant, Poëtas nasci, non fieri. optimè fe-

cit & Elegos, vt testantur illi quos in lucem edidit, miserabiles profectò. vidimus & eius Tragœdiam, in quâ duo illa, quæ tantopere commendat Aristoteles, ἐλεεινόν, & φοβερόν, mirè expresserat.

Miserabile.
horribile.
Aristot. libello
de Poët.

Cùm autem esset in iis omnibus summus, Αναγραμματολόγος tamen scientiâ præcipuè claruit. & quidem, in famam tanti viri peccare mihi viderer, si præstantissimum illum ac numquam satis laudatum, μαρμ. videlicet, quem de suo nomine intra quinque horas confecit, silentio præterirem.

Sed, quod fidem omnem superat, græcè tunc nesciebat. Græcus enim eâ tempestate per antiphrasim, quòd minimè Græcus esset, ab inuidis ac maleuolis vocabatur. hominem momordit hoc conuicium, atque ad hanc linguam addiscendam concitauit. Accedebant amicorum exhortationes negantium quidquam eum scire qui græca nesciret. verùm nouam methodum, viamque compendiarium vir ingeniosus excogitauit. nam cùm legisset Plutarchum, ex notitiâ rerum Romanarum verba latina esse affecutum; existimauit se quoque, si ad Græcorum mores se se componeret, græcæ linguæ cognitionem facillimè adepturum. cœpit igitur Græcè conuiuari, Græcè mentiri, Græcorum more amare, Græcâ fide contrahere, Græcis Kalendis soluere. quid multa? cœpit omnia Græcè agere. nec spes hominem fefellit. sic enim breui tam græcè sciuit, quàm latinè sciebat.

Plutarch. in
comparatio-
ne Demosthe-
nis & Cicero-
nis.

Tantus meherculè Græculus euasit, vt Guloso, Gulosi filio, qui Orthrophagi Gener & successor fuerat, pactâ pecuniâ, Regius Græcarum literarum Professor factus sit: penèque, mirum dictu! eodem tempore literas græcas

docuit ac didicit. Professorum plerique auditorum frequentiam gaudent; adeo ut nonnumquam discipulos conducant. paucis Mamurra contentus fuit, homo gloriae minimè cupiens. quin & saepius vnus illi satis, de quo dicere erat solitus: *satis alter alteri magnum theatrum sumus. vnus mihi instar millium.* Immo & satis nullus fuit. etenim etiam si neminem in schola reperiret, suggestum nihilofecius conscendebat, sibi ipsi loquens ac parietibus. Ita Ismenias sibi canebat & Musis. sic Antisthenes rogatus olim quid sibi è Philosophia esset acquisitum; ut sibi ipse loqui posset, respondit. sic Pyrrhonem secum aliquando locutum accepimus: atque aliam, cum eum loquentem auditores deseruissent, sermonem nihilominus profecutum. Quin &, ut taceam Augustini Soliloquia, Demosthenem alicubi Tullius reprehendit, quod apud alios loqui didicisset non multum ipse secum. Nam igitur illi inepti sunt, omnisque antiquitatis penitus ignari, qui hanc *εὐλογίαν* Mamurrae vitio vertere, eoque nomine virum deriserunt. discipulos namque, scamnis & parietibus numeratis, septem eum habere aiebant, quorum (licet parietes loqui dicantur) mirum esset silentium; eosque graecè ita solebant salutare.

Hieronym.
proem. in
cap. 12. Hier.

Laert. in co-
rum vitis.

Saluere Gar-
gij Rhero-
ris septem
discipuli:
quatuor pa-
rietes, & tria
subsellia.

Suidas in
Αμμωνιανός.

Χαίρετε Γαργιλίε τῶ Ρήτορος ἑὸν μαθηταί.

Τέσσαρες οἱ τοῖχοι, καὶ τρία οὐδέλια.

Nec potiori iure exprobrarunt, quod veredum aliquando auditorem haberet. nam & Ammonianum, at quem virum? sapientiae auditorem Asinum habere solitum, memoriae proditum est.

Horis verò subcisiuis Mamurra rei Parasiticæ vacabat. vnde illi Parasitopædagôgi cognomentum ad mortem vsque constantissimè hæsit: ac propterea in Magnatum

tum ædes ventitabat, qui viuunt erudito luxu. In quibus eminebant Seguerius, Memmius, Balolius, Episcopus Carnotensis, Speffæus, Bernius, Morangius, Barillonus, atque Bonnellus. neque infrequenter eorum etiam domos adibat, qui opum quidem studium, ingenuis artibus prætulere, sed qui domi Saturnalia toto anno celebrare consueuerunt, quales sunt Martinus ac Montoronus. Præcipuè autem Memmium coluit, virum magnum, vel potius summum, & cui natales & dignitas minimum conferunt, tanto plus in ipso est; adeoque literarum amantem, vt ne illiteratos quidem Parasitos habere velit. vix enim sine alicujus quæstionis disceptatione apud eum prandetur; nec animo minus conuiuius eius, quàm palato solent delectari: vnde eius mensam Museum, conuiuas *ναπεζοπίτες* passim vocitarunt. cùmque felici adeo Mamurra esset memoriâ, vt, legentis modo, cuncta quæ olim in libris didicerat posset referre, memorem illum conuiuiam Memmius non oderat; eundemque illi, quem Aristophani & Philippo in suis Symposiis Plato atque Xenophon tribuerunt, suis in conuiuiis locum dabat. At Barillonus, quanquam inter eminentissimas quasque ingenij dotes quibus abundat, acerrimus sit alioquin hominum æstimator: tamen nescio quo fato ita erga Mamurrâ erat affectus, vt præsentem ferret potius quàm absentem desideraret. Ceterum ad eorum omnium conuiuia plurima semper symbola atque emblemata attulisse ex ipsis audiui: adeo fallitur qui eum ad conuiuia symbolum nunquam attulisse objecerunt.

Verùm cùm summo in cacumine montis Genouefani tunc temporis habitaret, vt hinc scilicet culinarum fumos, ex quibus auguria captabat, commodius posset

Claudius Bi-
accus in vita
Ronsardi.

intueri; atque adeo horum omnium, quos assidue colebat, ab eius tugurio domus longè distarent: ne ad illorum cenas ac prandia tardiùs accederet, equum sibi comparavit. qui, quoniam Becodianâ in scholâ, quam Parnasum Parisiensem Ronsardus vocare solebat, stabulabatur, Pegasus est appellatus; de quo carmen est Spessæi. hic dominum numquam cenâ aut prandio fraudauerat, vt Parasitum Libanianum equus suus. præterea caballo- rum omnium ætatis suæ modestissimus erat; ita vt terram semper intueretur. erat & sobrius maximè, nihilq; penè vmquam præter viam vorabat. Fuit & laboris patientis- simus, ferèque à quo tempore Gargilij esse cœpit,

Non equitem dorso, non frenum depulit ore.

Sed tandem morbo interiit, quem Pantices Latini dicunt. grauissimum equi desiderium Gargilius Alexandrum, Augustum, Hadrianum imitatus, præclaris exsequiis ac tumulo testatus est. nos quoque in eius mortem de Catullo ita ἐπαρωδήσαμεν.

*Lugete ô Seguerique, Memmiique,
Bonnelli, Balolique, Berniique,
Et quantum est hominum elegantiorum.
Equus mortuus est mei sodalis,
Equus diuitiæ mei sodalis,
Quem plus ille suis libris amabat.
Nam frugalis erat magis Cleanthe,
Nec toto decies edebat anno,
Contentus paleisque, carduisque.
Nam mansuetus erat: suumque norat
Æterum tam bene, nosse quàm Philippi
Gnatum Bucephalon ferunt volucrem:
Nec dorso excutiebat insidentem,*

*Sed circumvolitans modò huc, modò illuc,
 Quarentem in triuuis uocationes
 Tergo commodus hunc suo ferebas.
 At nunc it per iter tenebricosum
 Illuc, unde negant redire quemquam.
 Sit vobis malè pautices molesti,
 Tam bonum mihi vos equum abstulistis.
 Lugete ô Seguerique, Memmitique,
 Bonnell, Balollque, Berniique:
 Ille Gargilius meus sodalis,
 Ille vernula, morio ille vester,
 Vester Graculus esaritor ille,
 Iam vobis nequit excitare risus;
 Nec iam prandia adire vestra lausa,
 Nec vestras potis est, ut ante, cenas.
 O factum malè! va miser caballe!
 Tuâ nunc operâ meus sodalis
 Ah tristi domiprandio laborat!*

Cùm in mortui locum alium sibi veredum vellet com-
 parare, ac præstaret eum Mango, esse, bibere ut oportet,
 (qui iumenta vendunt solent ita promittere) emerè recu-
 sauit, sobrium postulans, eos quippe qui cibum equis pro
 calcari esse aiunt, arguebat: idque Sarmatarum exemplo,
 quos Plinius asserit longinqua itinera acturos inediâ præ-
 parare equos, exiguum tantùm potum impartientes; at-
 que ita per centena millia & quinquaginta continuo cur-
 su euntibus insidere.

Ulpian. l. xi.
 §. 4. D. de
 action. empti
 & vend.

Lib. viii. cap.

Ut verò catenati sunt labores, ad mortem caballi ac-
 cessit ingens calamitas.

Nec Deus hunc mensâ, Dea nec dignata cubili est.

Mamurram námque è conuiuio propter nescio quid infandum Magnus Nomophylax turpiter eiecit : quo infortunij genere acerbius homini Parasito accidere nulum potest. Aristippum quidem Dionysius olim consputauit , ac postremus vt accumberet iussit : sed tamen vt accumberet iussit , nec cenâ vt Mamurra priuatus est Aristippus.

Scortillum autem deuium , non sanè illepidum , nec inuenustum , quod Gargilius impotenti amore deperibat , & eo die inuiserat , domi eum per suos amasios verberibus affici iussit. olim in ciuitate Iuhonum ignes quidam è terrâ editi , non cœlestibus , non fluuiialibus aquis , nullo denique humore compesci potuere ; sed ictu fustium dumtaxat , atque verberibus. His ignibus similes prorsus Semonis nostri ignes fuerunt . nam cùm scortum illud , quod tam perditè amabat , in caput eius lotium aliquando effudisset , non sic eius flammâs potuit aut compescere aut temperare ; immo magis atque magis excitauit. sed statim atque hominem fustibus per suos amatores excepit , non modò ignes eius tepuerunt ; sed etiam prorsus extincti sunt. non desunt tamen qui , quòd Laïdem illam amare deserit , fami ingenti , quâ eo die laborauit , tribuant. námque , vt vulgo dicitur , *Amorem fugat fames : & , sine Cerere & Baccho friget Venus.* ac ne vtrique infortunio cumulus fortè deesset , ab Ædile , quem nonnulli ex eius riuilibus summiserant , pro mœcho prehensus est , atque in carcerem coniectus.

Tacit. Annal. XIII. in fine.

ἔρωτα πάντι
λιμός. Enig
Anthe lib. i.

ἕτος κράτιστος
ἔς αὐτὸς ἄ
Γοργία
ὅστις ἀδικεῖ δὲ
πλείς ὄπισθα
ἤμι θεῶν.
Menander.

Verùm in eius gloriam cessere omnes istæ contumeliæ , adeo eas constanter tulit. vt enim verè ait Comicus , *Virorum ille est optimus , qui melius aliis ferre iniurias nouit.* vnde & Lacedæmonij populorum quotquot fuere sapientissi-

mi iniurias pati posse precibus publicis à Deo postulabant. Est autem artis Parasiticæ, quam noster serió profitebatur, non iniurias modò hilari fronte pati, sed & plagas & verbera Spartanâ nobilitate concoquere: atque, ut ait ille,

————— *nisi qui colaphos perpeti*

Potis Parasitus, frangique ollas in caput,

Vel extra portam ire Trigeminam ad sacrum licet.

Plautus in
Capt.

Cùm autem præstantissimam hanc disciplinam penitus noscendi cupiditate incredibili arderet Gargilius: quia plurimis rebus in diuersum tendentibus, ad quas nec mens, nec corpus, nec dies ipse sufficiat, necesse est confundatur animus aut fatigetur; relicto docendi literas Græcas munere, ad Parasiticam totus se conuertit. quam cùm docere rogatus esset, Scholam aperuit in vico, qui ab officinis assariis nomen accepit: statimque quamplurimos discipulos habuit, qui & Mamurriani dicti sunt, ut olim à Gnathone, à quo ei materna origo, Gnathonici fuerant cognominati. Zeuxidem ferunt, cùm à Crotoniatis conductus esset, ut Helenæ imaginem pingeret, quæ excellentem muliebris formæ pulchritudinem contineret; virgines plurimas nudas inspexisse, atque aliquot elegisse, ut quod in quâque laudatissimum esset pictura redderet. neque enim putabat omnia quæ quæreret ad venustatem, vno in corpore posse reperiri. Ita noster sectam conditurus, omnium sectarum dogmata diligenter inspexit, atque ex singulis quæ sibi placerent elegit: quod iam olim factitasse ferunt Potamonem quemdam Alexandrinum, cuius ob id secta *ἐκ λεκλιχίης* fuerit appellata. Hæc sunt autem ferè, quæ à singulis sectis Sophus noster sumsit. Ab Epicureis, voluptatem esse sum-

Terent. Euc-
nich. act. 2.
16. 2.

Cic. II de In-
uent.
Plin. l. xxxv.
c. 9.

Laërt. in pro-
omio.

ele&ia.

Laërt. in Epi-
curo.

Idem in Atti-
 Sippo. mum bonum. à Cyrenaicis, omni & loco, & tempori,
 & personæ seruire oportere, amicum propter vtilitatem
 adiungendum, eundem posse & sumptuosè & rectè vi-
 uere. à Cynicis, impudentiam habuit, nec non ingenuas
 Idem in Ze-
 none Citizo. quæ vulgo vocantur, disciplinas esse rejiciendas. à Stoï-
 cis, naturæ conuenienter viuere, non esurire, non sitire,
 non algere: sapientem vinolentum quidem, non tamen
 Cic. epist. lib.
 ix. ep. 22. ebrium futurum; libertatem in loquendo, crepitus de-
 nique æquè ac ructus liberos esse oportere: vnde Clau-
 Sueton. in
 Claudio, c. 32. dium Imp. germanum Stoïcum fuisse conjiciebat, qui
 meditarus dicitur edictum, quo veniam daret efflatum
 crepitumque ventris in conuiuio emittendi. *Ἐὶ δὲ μὲν*
 Vid. Cic. li. ix.
 epist. epist. 4. autem, secundum Diodorum, non secundum Chrysi-
 pum iudicabat, nam si venturus es, inquebat, ad ce-
 nam, necesse est te venire: si autem non es, *ἢ ἀδωάτων*
 est te venire. à Pyrrhoniis nihil, quod sciam, accepit:
 ut pote qui de omnibus dubitarent; ille verò vir extra
 controuersiam doctissimus, nullâ de re vniquam, præ-
 terquam de patre, dubitauit. est tamen qui ab his incom-
 prehensibilitatem habuisse Mamurram dicat. Sed nec à
 Pythagorâ quidquam est mutuatus, quem oderat odiò
 mamurriano, vatiniano volui dicere; quòd panem fran-
 gi vetuisset, ollæque vestigium in cinere deleri voluisset,
 ac præcipuè quod *ἐχεμύθια*, & *ἢ ἐμψύχων ἀποχρῆ* im-
 perasset. miles namque in mensâ strenuissimus, quique
 sæpius magnas fecerat ferculorum strages, cenis sine san-
 guine minùs delectabatur: & quia Amyclas silentium
 perdidisse acceperat, maximâ loquendi libidine teneba-
 tur; atque inde esse existimo, quòd figurâ numquam
 vteretur eâ, quam *ἀποσιώπησιν* Græci, Latini reticen-
 tiam appellant.

Parasiticam verò cum Samosatensi Dialogistâ definiebat, *artem qua versatur circa ea, quæ bibuntur, & comeduntur, & ad hæc consequendum dicuntur; cuius finis est voluptas.* Παρασηπικὴ, ἢ τὴν πικρῶν, ἢ ἑρπῶν, ἢ τῶν ἀπὸ τῶν λέκτιῶν. τίλος δ' αὐτῆς, τὸ ἰδίον. Lucian. in Parasito.

Huius autem scientiæ duas partes constituebat: alteram coquinariam, siue *ἰσοποικιλικὴ*: adulatoriam, siue *κατακευθικὴ* alteram: hanc cum Platone *artem suauitatis conciliatricem*: illam cum Iulio Scaligero *scientiam aliena gula* definiebat. adulatoriam horis matutinis; culinariam vesperi docebat. vtramque ex ingenti ollâ, quæ suggesti magnitudinem æquaret.

Verùm ad sermones quos de re adulatoria habebat, vt nec ad Acroamaticos Aristoteles, nisi solos interioris doctrinæ auditores, qui que se in eius disciplinam dederant, non admittebat. apud quos de adulationis vtilitate differens, nihil eâ potentius ad obsidendos & capiendos Magnatum animos esse aiebat; quam idcirco melleum laqueum cum Diogene appellabat. nam cum præcipua pars sapientiæ sit seipsum nosse, blanditiis suis atque assentationibus, quæ homines maximè infatuant, id adulator efficit, ne seipsum nosse possint. Discipulos igitur diligentissimè admonebat, Serenitates, Excellentias, Celsumsitudines, Magnitudines, Dominationes, Eminentias, Reuerentias, Claritates, Illustritates, aliâsque id genus sermonum velut condimenta, suis colloquiis semper adspargere: atque vbique ad omnia Potentiorum dicta quantumvis inepta, & ad omnes recitationes, lectionesve operum, Euge, Sophôs, Præclarè, Grauitèr, Beatè, Benè, Pulchrè, Rectè, Festiuè, Decenter acclama-

re ; eorúmque prudentiam licet minimam aut nullam summâ semper admiratione prosequi : præcipuè verò cum nemine vñquam illorum verbis contendere : quidquid dicerent affirmare , id rursus si negarent , negare id quoque : flentibus collacrimari ; ridentibus arridere : æstate si frigerent , sumere endromidem ; hieme si æstuant , sudare : denique omnia assentari : nec si primæ non successissent blanditiæ , ab iis continuò abstinere . habent enim illæ (inquiebat) hoc in se naturale , etiam cùm rejiciuntur placent ; sæpe exclusæ , nouissimè recipiuntur .

Sermonibus , quos de re culinaria habebat , vt & exotericis Aristoteles , quibullibet interesse permisit . intererant porro quotidie , non modò culinarum omnium Parisiensium Præfecti , sed & Coqui omnes , atque Fartores ; adeo vt aliquando mille plus minus auditores haberet , qui nuper Græcas literas cùm doceret , vix vnum aut alterum habuerat . Ita Diogenem accepimus , cùm de virtute ac vitiis differeret , nec audiretur , falsamentum probè maceratum ostendendo , adstantes protinus in se conuertisse . neque mirum cuiquam videri debet , si doctori huic patellario tanta auditorum turba fuerit , cuius omnia dicta factaque essent & sesamo & papauere sparsa .

Nec est quòd quisquam coquinariam , vt vilem aut humilem contemnat , nomine deceptus . Multi quidem sunt opsonij parandi artifices : verùm quam paucissimos coquos reperias . namque ignem sufflare , coquere , condire , exornare , scindere qui poterit , non idem erit & coquus : neque , vt est in prouerbio , coquus omnis dicens est , qui cochlear cultrúmve habet . certè coquo considerandus est locus , tempus , conuiuia , conuiuator : atq ; adeo omnium ferè disciplinarum particeps esse debet ,

Imperatoriz,

Imperatoria, Medicinæ, Astrologiæ, Architectonicæ, Arithmeticæ, Picturæ, & cuius non? Imperatoriam quidem scire debet, ut conuenientibus locis cuncta struere possit. est quippe eiusdem, ut Paulus Æmilius aiebat, aciem & conuiuium rectè ordinare. Medicinam etiam scire oportet coquum. ciborum enim quidam inflant, alij egrè coquuntur, quos arte sua emendare debet. Eundem Astrologiam non ignorare conuenit. nam omnes cibi alias atque alias in se delicias habent, prout vniuersi moles circumvoluitur. Architectonicæ etiam peritus debet esse coquus, ut culinam rectè constituat: Arithmeticæ, ut conuiuias numeret: nec Picturæ ignarus, ut varias figuras in scriblitis ac placentis effingat. Quin & mores hominum nosse eum oportet. pars enim artis coquinariæ optima & maxima est, palatum epulantium probè cognoscere: adeò verum est quod ait Cratinus,

Plutarch. in
P. Æmilio.

Condire ex arte haud hominis est cuiuslibet.

ἔπειτα ἀν-
δρὸς ἔστιν ἀρ-
τῶν σου κελῶς.

Cùm autem præter coquinariam plurima alia scire oporteat Parasitum, nihil sanè rarius perfectò Parasito inueniri potest. Quidam tamen Parasitastri, licet ea omnia ignorarent, sese nihilosecius Parasitos impudenter professi sunt: quod genus hominum artis gloriam omnino corrupit.

Hanc verò pristino suo splendori restituere meditantem Mamurram mors præuenit. At priùs quàm de ea dicam, quæ ad formam, & habitum, & studia, & ingenium, & mores eius pertinent, non alienum erit summatim exponere. ac perfectò non nullo aliquo, aut crepundiis, sed toto corpore, toto animo, totâ denique vitâ, tantum virum cognoscere expedit.

Fuit excelsâ staturâ; amplis humeris; caninâ facie;

C

perfrictâ fronte; duro capite, atque ore; naso adunco, non tamen aquilino; linguâ duplici; hirsutis superciliis, atque intentis; collo oblongo, & quale sibi Philoxenus optabat; voce ferreâ; flaccis auribus; manibus vncis; cuticulâ, dente, oculis, crine, & barbâ niger; nihil denique inerat ei candidum, ~~no in manibus quidem~~; numquam erubescibat, neque tunc etiam, cum sine lege loqueretur.

Discinctus incedere solebat, atque palliatus, qualis ferè à Comicis Parasitus describitur: pileoque tam patulo ac lato, vt fungum hominem diceret; adeo is capite se totum tegebat. sed quod ad pallium attinet, Tridentinæ Synodi decretum minùs obseruabat: erat quippe breuius togâ.

Puer, Adolescens, Iuuenis, Vir, felicissimâ, quod aliquoties suprâ iam attigimus, memoriâ fuit: neque quidquam obliuisci solebat præter iniurias. nec mirum: quod enim mane didicisset, id ipsum eodem die millies referebat. Hinc factum est, vt tot linguarum peritus esset, Vasconicæ, Aruernicæ, Pictonicæ, Petrocoricæ, Armoricæ, Nortmannicæ, Cenomanensis, atque Andinæ. At quoniam excellenti adeò erat memoriâ, existimabant homines maleuoli, eum ex se nihil, omnia ex aliis proferre, ac verum prouerbum fecisse objiciebant, *Nihil dictum, quod non dictum prius*. Ætate prouectior, non adeò valuit memoriâ; sed pro ea audaciam habuit.

Iudicij acerrimi non fuisse, passim qui inuidebant, qui æmulabantur, qui oderant dictitauerunt. at eos satis arguit: quòd Fusfequium mortuum, nec responsurum inuasit.

Iuuenem Diptas percussit. ex quo ictu, quamdiu

vixit, intensa ei ac vehemens sitis. Fuerat & à rabioso cane demorsus : vnde ὑδροφοβία in tantum laboravit, aque metu. vt ne Heliconis quidem vndis os proluere vmq̄am potuerit.

Parum sanum fuisse, dum cum Iesuitis vixit, ipsi testantur. postea autem, satis firmâ valetudine vsus est. ac profectò, nunquam à mensa, quod religiosissimè præcipiunt medici, absque orexi discedebat. Aliquando tamen Domicenio, Anargyriâ, & Bulimiâ vexabatur. sed Domicenio præcipuè : cui sanando remedium ei nullum suppetebat. tempore enim, quod aliis plerisque morbis mederi solet, hic morbus recrudescit. Anargyriâ medebatur, emblemata, anagrammatismos, symbola, atque inscriptiones venditando. Bulimiam verò curabat largioris offæ dosi sæpiùs repetitâ. Vtebatur & vino meraciore, camelorum more implendo se in præteritum & in futurum. ἑρπῆξ namque hunc morbum soluere scripsit diuinâ vir scientiâ Hippocrates.

vini potum
meracioris.
Aphor. sect. 2.

Quòd si Bulimiâ non ægrotasset, longè plures, quàm nobis reliquit, conscripsisset libros. nam quo tempore morbo isto quis tentatur, à labore abstinendum monuit Coüs ille senex. Præter eos autem, qui in vulgus sunt editi, in quos doctissimæ iuxta atque elegantissimæ exstant Aphor. sect. 2. 16. M. Dentonis notæ, scripsit & alios quamplurimos, qui aliquando Deo dante publicabuntur curâ & studio carissimi eius discipuli Q. Popinij Lurconis. Sed interim non abs re fore existimo, si in antecessum, Titulos eorum, & quæ in iis tractantur hîc summatim apponam. Sunt autem isti.

Ad Titulos Pandectarum & Codicis, de Edendo, Notæ solennes.
In quibus obiter profitetur quidem, se non inficiari, quin

C ij

edendi verbū apud iuris auctores quoties de actionibus, de
 rationib. priuatis, vel de actis publicis res est, rectè vulgo
 accipiatur. Sed dispiciendū mōnet, num Paulus v^o Sētent.
edere crimina scripserit, eodem sensu, quo Sacerdotes pec-
 cata populi comedere dicuntur apud codicum sacrorum
 interpretes. *Instrumenta* verò *edere* quid sit, cuiquam ha-
 ctenus suboluisse negat, donec suo ipsius exemplo docue-
 rit: nempe cū cautionem, ex cuius causa in ius vocatus
 fuerat, sibi exhiberisub spe numerādæ illico pecuniæ im-
 petrasset, arreptam extemplo helluatus erat, sicque eam
 dissoluerat. Contra autem nimium Seruij, & recētorum
 Grammaticorum acumen irridet, qui verbum, *est*, in illo
 Maronis loco, — *Est mollis flamma medullas*,
 ab edo deducunt: quasi eos lateret verbum *sum*, *es*, *est*,
 idem plerumque quod *habeo* significare, ac proinde non
 rarò accusatiuum regere.

LVIII.

Vide Cujac.
xvii. obs. 31.

*Dissertatio super Nouella Leonis Imp. Ne ex sanguine cibis
 conficiatur.* In ea obseruat, maximè propter hanc consti-
 tutionem, Leonis Nouellas nullius esse in iure auctori-
 tatis.

Vid. Salmaf.
ad Vopisc.
pag. 187. &
Herald. obs.
cap. 3.

Dissertatio super L. 69^a D. pro socio. Ibi aduersus præ-
 stantissimum Salmasium, qui pro *epulas*, *empulas* hoc loci
 substituit, veterem lectionem *epulas* mordicus retinet,
 quam confirmat auctoritate librorum Basilicān, vbi
 Græci interpretes locum illum per verbum *ἑωχῆσαι* red-
 diderunt. Sed datâ occasione aliam eiusdem Salmasij
 coniecturam vehementer laudat, legentis apud Petro-
 nium, *Qui inter hæc nutriuntur, non magis sapere possunt, quàm
 benè olere qui in coriaria habitant*, non, vt olim perperam le-
 gebatur, *in culina*. Culinas enim atque eos qui in iis ha-
 bitant, non malè olere ita probat, vt si Heinsius adhuc

Lib. de vsuris.
& præfat. lib.
de modo vsu-
rar.

contra sentiat, nihil sentiat.

De antiquorum Christianorum Agapis. Ibi multa præclara & lectu digna ex Augustino pro agapis contra Manichæos, aliósq; earum contemptores adducit, quos Synodo Gangrensi can. xi. anathemate notari obseruat.

De cognomine M. Val. Martialis. Ibi lectionem apud Lampridium tanquám veram & germanam propugnat, quâ Martialis *cocus* appellatur, fidejumentibus vetustioribus codd. Martialis, Glossis antiquis, & Ioanne Saresberienfi: atque ita cognominatum probat, quòd Parasiticam vitam amasset, & inter epulas ac vina legi consueuisset.

De Mensitate, & Cyatheitate Diatriba. In ea dictum Platonis impensè laudatur, qui cùm aliquando de ideis disserteret, Mensitatemq; & Cyatheitatem sæpius nominaret, illique Diogenes Cynicus se mensam quidem & cyathum videre, mensitatem verò & cyatheitatem non videre dixisset: tum ille, rectè, inquit; quibus enim mensa cyathúsque cernitur oculos habes, quâ verò mensitas cyatheitásque perspicitur mentem non habes.

Apologia pro Agyriis. quâ docet aduersus Medicos Parisienses, Periodeutas esse veros & germanos Hippocratis discipulos, vt qui ex eius lege per vrbes ambulando, sermone atque opere medicos se profiteantur: atque adeo Modestinum in eâ mente fuisse, cùm lib. ii. excusat. respondit, Medicos quidem, sed eos tantùm, qui *περιόδοιται*, id est *circulatores* vocantur, quemadmodum à reliquis muneribus ita & à tutela & cura immunes.

*ἄριστοι ἀπὸ τῆς
πύλης φοι-
τιῶντας, μὴ
λόγῳ μόνον,
ἀλλὰ καὶ ἔργῳ
ἰητροῖς γινώ-
σκοντες.*
L. 6. §. 1. D.
de excusat.
tutor.

Indignatio in Copones vinum aquâ miscentes. Ibi acerrimè confutat Tractatum Cardani de Aquâ, & Librum Turnebi de Vino. Xenophontem de meraco intelligendum,

cùm vinum ait animos rigare, ostendit: vinum limfatam limfatam mentem efficere, atque elephantiasim generare; siue statim à mistione, siue longo post mistionem tempore sumatur: nec non veritatem in vino esse, non autem in puteo, vt Democritus falsò existimauit. Obseruat & Homerum Iliad. ix. rectè atque ex decoro Achillem inducere Patroclo imperantem, vt Vlyssi ac Phœnici Græcorum principibus ad semissis meracius vinum præbeant: atque Aristotelem falli, qui ζωόπιον ibi, non pro meraco positum, sed pro comparatiuo, siue aduerbio festinationem significante putauit.

De carnibus assis & elixis Liber singularis. In eo, Heroas carne elixâ non minùs quàm assâ vesci solitos, contra Seruium probatur.

De Cocania Schediasma. Quo docet locum esse in Æthiopia apparatus epulis semper refertum, Ἡλίου παράπλευρον Græcis dictum, in eo vt libet vesci volentibus licere, & quæ passim apposita sunt innasci subinde diuinitus.

De apto conuiuiarum numero. Ibi lege quidem Atticâ cautum fuisse obseruat, vt numerus conuiuiarum intra xxx. consisteret: indèque se se in Chærephontis Parasiti laudes effundit, qui cùm aliquando ad nuptiales epulas, in quibus xxx. erant conuiuæ, non vocatus venisset, ac postremus assedisset; Gynæconomis, quorum muneris erat huius legis obseruatio, cum è mensa, vt qui superesset, excedere iubentibus, facetè respondit, *Iterum quaeso conuiuias numerate, atque à me incipite.* At ex mente Varronis affirmat, incipere oportere à Gratiarum numero, & progredi ad Musarum; hoc est, interprete Agellio, proficisci à tribus, & consistere in nouem: vt cùm paucissimi conuiuæ sunt, non pauciores sint quàm tres; cùm plurimi,

Μαίονα δὲ
κράτεια Με-
νοπίου ἢ ἕ-
δισα
ζωόπιον ὅ
κίεσις δὲ πῶς
δ' ἔργον ἔ-
κείνη.
Arist. poet.

Herodot. in
Thalia.
Mela lib. iii.
cap. 10.
Hieronymus
epist. 103.
Solis mēsam.

Lynceus Sa-
mirus in apc-
phthegm.

non plures quàm nouem. à quo vetus verbum non longè abit, septem conuiuium, nouem conuicium.

De variis saporibus Tractatus. in quo probat, maiori curâ antiquos in quærendis piscibus & auibus, quàm quadripedibus esse versatos; maximèque in piscibus: vnde *ὁψαλεια* pro pisciculis dicta ab Grammaticis.

Ad Hippocrat. Aphorismum v. sectionis primæ commentaria. Ibi multa aduersus Erasistratum atque Diatritarios disputat, qui trium dierum abstinentiam, ex quacumque causa morbus oriretur, ægris suis imperarent: existimabat enim cum Celso pleniorẽ victum numquam nocere, dummodò rectè concoquas: & cum Sexto Empirico, etiam cum non concoquitur, per cruditates corpus sæpissimè purgare.

ὅτι τῆσι λέγει
τῆσι διαίτησιν
ἀμαρτανουσι,
οἱ νοσίουσιν.
&c.

Lib. I. cap. I.

Lib. I. Pyrrh.
hypothesis. c. 14.

De Anagrammatismorum antiquitate atque præstantia. Ibi Lycophronem, & Cujacium, non tam versibus, & Iurisperudentiâ, quàm anagrammatismis inclaruisse obseruat, quales erant, *ἄπο μύθου*, & *ἰόν Ηγεσ*, *Sinon vino tactus, Serò in orbe natus*, & *Andius sine bono*; quos ille de Ptolemzi & Arsinoes; hic de Antonij Contij, Ioannis Roberti, & Ioannis Bodini nominib. concianarunt. Eos autem, qui per anagrammatismos somnia interpretabantur, optimos somniorum interpretes & habitos esse & fuisse contra Artemidorum asserit: idque exemplo eius qui Imperatori Constanti Heraclij Aug. nepoti referenti visum sibi esse in somnis, se apud *Θεωπαιλονίχην* versari, ac de somnio consulenti, vtinam respondit, nec dormisses Imperator nec somniauisses. nam *Θεωπαιλονίχην*, *ἧς ἄλλα ἴκην* significat. quod responsum comprobauit euentus. quippe paulò post Constans in Lydia nauali pugna ab Saracenis victus est.

Onειροcr. II.
IIII. cap 25.

Lucian in Pa-
rasito.

Scriptit & *Historiam Parasitorum stilo Liuiano patauinitatis experti*. Quibus libris nihil potest esse dulcius iis, qui aliquam cupiditatem habent notitiæ clarorum virorum. in his Nestorem, Idomeneum, Patroclum, Æschinem Socraticum, Aristipum Cyrenæum, Platonem, Euripidem, Aristotelem, multosque alios Parasitos fuisse probat. inter eos verò Tithymallum maximè laudat, qui non contentus alienâ quadrâ vivere gratis, hoc amplius, mercedem vltro postulabat suæ in comedendo operæ sibi dari. ibi & egregia multa, de nomine Parasiti, de Diis Epulo-
nibus, de Iouis atque Apollinis Parasitis, deque arte parasitica, cuius auctorem Iouem esse probat, diligentissimè obseruantur.

τὸ γὰρ πλεονεξτείν εὖρεν ὁ Ζεὺς ὁ φίλιος ὁ τῶν μίσους ὁ μολογυμῆρας.

De Culinis etiam & Mensis Parisiensibus, tres Libros sermone patrio conscriptos reliquit: in quibus mensæ cuiusque palma cum fide tribuitur, doctiorem scilicet esse Memmianam, , cultiorem Hannequinianam, Bonnelianam carnibus, Martinianam piscibus superare.

Fecit & *Traëctatum de Cibus atque Eduliis*, in quo ciborum exquisitas delicias comprehendit, eorumque domicilia omnibus aliis præstantia. hæc sunt autem fermè, quantum nobis memoriæ est: Lingux Bubulæ, ac Suillæ Andecauenses; Pernæ Mogontiacenses; Sinapi Diuionense; Lucanicæ è Tricassis; Caseus è Roccaferti; Capi & Gallinæ Cenomanicæ; Butyrum Armoricum; Pyra, Pruna, Melones è Turonibus.

Dialogû Luciani *de Parasito*, & quòd sit *ars Parasitica*, latinè vertit; nec non eiusdem *muscæ encomium*: & cum optimis codd. qui in bibl. Regiâ afferuântur, diligentissimè cõtulit.

Apicij Libellos de Re Culinaria qui extant, germanos auctoris esse ostendit, ac notis illustrauit; vt & *Symposium Platonis*,

Platonis , atque Xenophontis.

Athenai Libros Deipnosophistῶν, Gallicè interpretatus est, ac plurimis in locis restituit. quam interpretationem qui legat, non multùm desideret Casauboni commentaria.

Præterea, quamplurimos codices librorum antiquorum, nec dum editorum; vndiquaque conquisiuerat diligenter; quos non sine commentariis, aut notis suo ingenio & doctrinâ dignis, vulgare decreuerat.

Sunt autem isti.

Niconis περὶ πολυφαγίας. ¹

Sophoclis σκώδηπποι. ²

Praxilla Sicyonia παρθένα. ³

Varronis Satyra περὶ ἐδισμάτων. ⁴

Ennij Phagesia.

Plauti Saturio.

Epicuri συμπόσιον.

M. Antonij de Ebrietate.

Aristotelis atque *Xenocratis* νόμοι συμπισαχῆς. ⁵

Terpsionis & *Cleostrati Tenedij* περὶ τῆς γαστρολογίας. ⁶

Archestrati περὶ μαγεικῆς. ⁷

Eiusdem περὶ γαστρονομίας. ⁸

Harpocratis Mendesi περὶ πλακωμάτων. ⁹

Lyncei, & *Callimachi* περὶ ἡδυκαχίας. ¹⁰

Clearchi περὶ δειπνολογίας. ¹¹

Heraclidis, atque *Glauci* ὀψαρτυκῆς. ¹²

Theophrasti περὶ κρηκείας. ¹³

Eupolidis κρηκεας. ¹⁴

Aristippi περὶ τὸν ἔπι τῆς κύλικος. ¹⁵

Eiusdem περὶ τοῖς ἐπιμύθησι, ὅτι κέκτηται οἶνον παλαιὸν καὶ ἐπιμύθησι. ¹⁶

Eiusdem περὶ τοῖς ἐπιμύθησι, ὅτι πολυτελῶς ὀψωνί. ¹⁷

¹ De edacitate. *Cic. lib. 7. ep. 20.*

² concenâtes.

³ ad cyathum.

⁴ de edulis.

⁵ leges conuivales.

⁶ de rebus veteri gratis.

⁷ de re culinaria.

⁸ de veteris lege.

⁹ de placētis.

¹⁰ de voluptate.

¹¹ de cenarum enarratione.

¹² de obsoniorū cōdimētis.

¹³ de adulatione.

¹⁴ adulatores.

¹⁵ ad eum qui est à calice.

¹⁶ ad reprehēdentes quòd vinum vetus & meretricis haberet.

¹⁷ ad reprehēdentes quòd sumptuosè optionaret.

Locos communes de Re adulatoria reliquisse, sunt qui existiment; sed falsò. nam vir ille notæ non vulgaris, nihil commune habuit, ne sensum quidem.

Senec. cõsol.
ad Helviam.
Busbequius
in epistolis.

Neque vt Platoni, tres; neq; vt Zenoni, nullus; sed vt Homero, seruus ei vnic⁹ fuit. prouerbio quippe apud Turcos iactari didicerat, non esse cum pauperem, qui seruum vel vnum haberet. Vixere autem ambo mirâ concordîâ, per mutuam caritatem se inuicem anteponendo. quoties verò aliorum seruos, quos ad Oenopôlam heri miserant, in plateis ludos spectantes, aut tabulas pictas intuentes nactus esset, Panurgi illius Rabelesiani exemplo, virgis ac fustibus morantes concitabat; eosque iure Romano redhibitorios fuisse contra Venuleium asserbat.

L. 65. D. de
adil. edito.

Sanè iræ incontinentior fuit. aiunt aliquando cùm de re culinariâ verba faceret, irâ incensum adeo fuisse aduersus quosdam ex discipulis, qui clarè nimis ac sonorè oscitauerant; quòd illud indicium vagi animi foret & allucinantis: vt vrceolum fictilem in Fartoris caput iaculatus sit; Coquum veru extis stridentibus pleno ad forum vsque fuerit persecutus. solebat enim magnus ille Criticus malos coquos ὀρελίτζι.

Vir fuit obsequiosus, omnium hominum, atque horarum. &, quod fidem omnem superat, vbique vno eodémque tempore omnibus occurrebat, in basilicis, in aula, in foro, in academiis, in plateis, in teatro, in macellis, in porticibus. vnde *Vbiquitarium* quidam eum appellabant: alij verò Luteciæ, in qua vel vnum extare Mamurram certè mirabile erat, plures esse Mamurras non asserbant modò, sed etiam contendebant. Ceterùm officiosus erat in primis: adeo vt vltro, ac non vocatus adesset. eóq; factum putò, vt quendam è Proceribus nostris,

virum licet egregium, ac belli pacisque artibus clarum, minus probarit; quia Prætorij sui foribus, NULLI NISI VOCATI, inscribi curauerat. Ex illis autem minimè fuit qui cōuiuas morari solēt; quos, quia reliquis impedimēto sunt, *καλωσιδείπνως* Græci vocauerunt. Memoriâ teneo solitum eum nobis narrare, diem se cuidam dixisse, qui sibi ad cenam properanti, moram iniecerat. ne autem tardiùs fortè ad cenas & prandia veniret, horologij motus, neruiâ citatiore vibrabat. Ibi, quàm ingeniosæ esset gulæ, & quàm valde palato saperet, palam faciebat. námque, quo ex agro vina essent, dignoscebat gustu; ex saporibus auium prouincias discernebat; &

— *Circeis nata forent, an*

Iuuenal.

Lucrinum ad stagnum, Rutupinove edita fundo

Ostrea, callebat primo deprendere morsu:

Et semel adspēcti litus dicebat echini.

Ex culinarum fumis auguria captasse suprâ memorauimus. Sed & in scypho, vt Iosephus, augurabatur; at capaciore, quem & *κρυφομέτωποι*, & Herculaneum appellabat. Genes. c. 44

Naturam sæpiùs accusantem audiuius, quòd non simul esse ac bibere possemus. nam & multi potus fuit, & multi cibi: quod mirati sunt, qui apud Hippocratem medicorum maximum legerant, eundem & edacem, & bibacem esse non posse. Quod si quis admoneret, nimium cibum corporis & ingenij viribus officere, eum irridebat; protinùsque refellebat Reginaldi Belnensis Bituricarum Archiepisc. exemplo: qui quamvis septies in die cibum sumeret, eumq. copiosum; nullo ingenij damno, quod ei excellens fuit, octogesimum ætatis annum excessit.

ὡς οἶόντι ἀμα πολυόβρις τε εἶναι, ἔ πολυπότος, lib. de aëre, aquis, & locis.

Vide Thuan. lib. 3. comment. de vita sua, initio.

Lacedæmoniorum Rempub. numquam non laudabat: Herodor. lib. vi. cap. 57.

D ij

ex cuius instituto, duplo largiores dapes Regibus, quàm reliquis apponebantur. Solum scisse regnare Gallienum, solúmque curas Principe dignas habuisse aiebat: qui ab aulicis requirere soleret, *Quid habemus in prandio? quæ voluptates paratae sunt? qualis cras erit cena?* Siquidem apud Trebellium Pollionem, hoc loco, *cena* cum vulgo, quàm *scena* cum Salmasio legere malebat. Dolebat autem quòd non incidisset in Heliogabali tempora, qui, vt scribit Lampridius, *salaria annua, vasa, &c. Parasitis per cellarios mittebat.* scilicet Ios. Scaligeri coniecturam respuebat, qui in salariorum illorum annuorum locum, quæ expungebat, *salajariana vasa* reponebat. non quòd non satis constet ex veteri Inscriptione, *Salajariorum* corpus aliquando extitisse, qui carnes salitas venderent: sed *salaria annua, salajarianis vasis* præferebat.

Apud Gruter
p. 661xxxiii.
1.

Athenæi Libros maximè & amabat & lectitabat. Pin-
darum verò, quem inimitabilem Horatius existimauit,
minùs probabat: eúmque, qui cuiusque operis initium
splendidum esse oportere pronuntiauit, ipso operis sui
initio lapsum esse aiebat, cum *aquam optimam* appellauit;
& propterea gubernatoribus imperitis similem esse affir-
mabat, qui nauem, dum soluunt, impingunt.

Lib. iv. od. 2.
ἀρχαῖος ἐστὶν
πρὸς πόντον ἕν
δύσθη πηλα-
γίς.
ἀριστον ὄνειδος.

Quotidiano autem sermone frequentius quædam &
notabiliùs vsurpauit: vt hos versus,

Boni ad bo-
norum conui-
uia vitio ve-
niunt.

Ἀὐτῷ ματαιὸν εἰ ἀγαθὸν ἀγαθῶν ὄντι δαΐτας ἔασσι.
Scire tuum nihil est, nisi te scire hoc, sciat alter.
Nulla fides aula: considerare tutius olla.

Sueton. in
Claud. c. 40.

Nec non illud Claudij Imperatoris, *Rogo vos, quis potest sine offu.â viuere?* Quoties se aliquid facturum omnino negabat, *non faciam*, inquebat, *etiam si mihi Phasianos daret:* & ad exprimendam festinatæ rei velocitatem, *velo-*

cius, quàm asparagi coquantur.

Dæmonium meridianum, de quo magna est inter Theologos dissensio, ne de Parasito quisquam acciperet, de fame interpretabatur.

In epistolis *Ἐπιστολῶν*, pro *Ἐπιστολῶν* adscribebat.

Rectè comedere. rectè agere.

Dieta eius celeberrima sunt hæc. Rogatus aliquando quid primum esset in negotiis ciuilibus? *audacia*, quid secundum? *idem*, & *idem*: tertium, donec ab eo quæri desitum esset, respondit. Percunctanti, quod viuum melius? *alienum* dixit. Quid beatissimum? *foris cenare*. Sapientius Romanos conuiuia, quòd tùm maximè simul viuatur, quàm Græcos *συμπόσια*, aut *σιώδηννα*, id est computationes, aut concenationes, appellasse dictitabat. At Græcos, sapientissimè *prandium ἀείρον*, eadem voce, quâ id quod optimū est significant, extulisse. *ientaculum* ab ipsis *ἀνεξιπρόσμη* etiam optimè dictum; propterea quòd ieiuni merum potare debent. Quodam olim iactante, Græcos medicos leuiter prandendum esse existimare, sed copiosius cenandum; Arabes contra, leuius cenandum, at prandendum largius: facetè subiecit, se igitur cum Arabibus pransurum, cum Græcis cenaturum. Cùm magnus Richelius in Senatum Purpuratum allectus est: *erubuit*, inquit, *salua res est*. Cùm fratres Valetæ duces exercitus creati sunt, *spes & fortuna Valetæ*. Cùm Magister, atque Batalius, qui illis temporibus principatum eloquentiæ tenebant, de quadam templi ianuâ, quod à sepulcro nomen accepit, per plures dies dixissent, *sepulcrum patens guttur eorum*. De D. Alais illud vsurpabat, *Iouis armiger ales*. De Comite Torrigneo, *Torrens igneus*. De D. Molé Senatus Principe, & qui summam hanc dignitatem summâ cum dignitate tenet, *Hac stat mole Themus*. Accepto nuntio de morte

D iij

Domini *Gustus* Senatus *Diuionensis* Præsidis *Primarij*, ô *hominum infelicissimos Diuionenses*, exclamauit, *qui gustum rem omnium suauissimam, amisistis!* quod dictum, cùm alij tribueretur, omnibus interdictis sibi vindicauit, vt quod maximè probaret, quia præter lusum in nomine, inerat & parasitica sententia. Cùm quidam solitudinem auditorum ei objecisset, ἐρημία, inquit, ἡρημία. Mecenatem ita nuncupatum aiebat, quòd Parasitis suis literatis dicere erat solitus, *mecum cenate*. Lemouiciam, quia ibi λιμός λιῶ, sed gallicè hoc melius: *Limogzæ* verò, quasi λιμόν γαίον, cum *Bodino* vocatam affirmabat. *Placentam*, aiebat, à placendo nomen sumsisse; vnde prouerbium, *neminem unum placere omnibus posse, nisi placenta fiat: pateram & patinam à patendo: sumen à sumendo: capos à capiendo: alicam ab alendo: boletos à bolo: caseum quasi cascum, id est uetus: vitem quasi vitam: perdicem, quòd peredi debeat: mensam per antiphrasim, quòd mensuram modumque non norit. conuiuia vulgari lingua festina dici, non à festis; quippe non minùs profestis quàm festis diebus cõuiuia iniri oportere; sed à festinatione, quia in iis festinandum, at lentè. Dictum eius de Procancellario *Marillaco* fileri non conuenit. erat is, vt norunt omnes, *Caluinianorum* acerrimus inimicus. cùm autem vnde illi ἐρουσιπέλας, quo fortè laborabat, medici quærerent, & ambigerent: audacter *Mamurra*, *ab heresi pellenda* esse affirmauit. Coquos iuris peritos vocabat, qui iura non conderent quidem, sed condirent.*

Ceterùm vir fuit non vnus è multis; sed qui in plerisque cum præstantissimis quibusque antiquorum conueniret. quod tam ex sequentibus, quàm ex superioribus constabit. Etenim quòd de patre dubitabat, id *Telemachi*; quòd obscura eius esset oratio, id habuit *Heracliti*;

Limofin.

Lib 5. de rep.

quòd vina quæque, ex quo agro nata essent gustu digno-
 sceret, Democriti: iam verò quòd colonus carceris olim
 fuisset, istud Socratis; quòd mero sæpiùs virtus eius inca-
 lesceret, id Catonis; quòd eum paupertas impulerit au-
 dax, vt versus faceret, Horatij; quòd eos excuderet Mu-
 sis & Apolline nullo, Ciceronis; quòd chirographa quæ-
 cumque vidisset bellè imitaretur, Titi Imperatoris; quòd
 monachismum ejurasset, Erasini, Rabelesij, Iul. Scalige-
 ri, Monlucij, Buchanani, Theueti, Bodini hoc habebat.
 In eo etiam Hectorem est imitatus, quòd ab Ilio num-
 quam recessit.

Plin. cap. II.
 lib. 14.
 Theophr. ca.
 VII. lib. 2.
 Colum. ca. II.
 lib. 3.

Sucto. in Ti-
 to cap. 3.

Gorgiæ dicendi genus mirè & sectatus est, & amavit,
 vt ex eius scriptis ac dictis abundè constat. at illius viuen-
 di modum valde improbavit. Gorgias namque ab alio-
 rum conuiujs semper abstinuit; atque hoc in causâ esse
 aiebat, quòd tamdiu vixisset. nam centum & septem
 compleuit annos. at Mamurra contrà, aliorum conuiuia
 frequentissimè adiit, nec si non adiisset, vel tres quatuor-
 ue dies victurus fuit.

Lucian. in
 Macrobijs.

Verùm enim verò, nobis tandem subitò M. Gargilius
 Mamurra creptus est; sed magnorum quoque virorum
 fato: nempe inter offas atque amphoras, vt Plato, Chry-
 sippus, & Arcefilaus. Mortis autem casum, haud sanè stu-
 pendum minùs, quàm acerbum,

Laërt. in co-
 rum vitis.

Quamquam animus meminisse horret, luctuq; refugit;
 posteris tamen vt tradam, suscepti operis ratio postulat.
 Cùm igitur omnia, queis vulgo in conuiujs vti solemus,
 cochlearia, ei exigua nimium atque angusta viderentur;
 amplissimum habuit sibi peculiare, quod, vt commo-
 diùs ferre secum posset, cochleis quibusdam vertebarur.
 in eo dum auidius pulmentum cõedit: seu quia festi-

nans cauo cochlearis manubrium minus rectè aptauerat; seu, quod magis reor, quia iam striz & striges nimio vsu attritz erant: vnà cum pulmento ingentis illius cochlearis cauum deglutiendo extinguitur, ac

dulces moriens reminiscitur offas:

magno Elegantiorum omnium dolore ac luctu; Discipulorum autem maximo, quem exsequiis, quas illi duxerunt, magnificis testati sunt. Iuxta cadauer, semiaridæ corollæ, & pocula attritis ansis iacebant. comitabantur Parasiti omnes, Parasiticésque candidati, præcuntibus artis insignibus. Sequebantur Cupedinarij, Cetarij, Lanij, Coqui, Aucupes, Fartores, Piscatores, Pistoris, Olitores, Lactarij, Dulciarij, Salsamentarij, atque Copones. Facto funere, oratione publicâ laudatus est ab M. Lurconio Muscâ; quam, quia longiuscula est, hîc inferere supersedeo. Sepultus est in foro Cupedinis. Sepulcro hic titulus, quem viuis sibi composuerat, literis aureis quadratis, in marmore inscriptus est, dignus non ibi solùm, sed vbique legi.

M. GARGILIVS MAMVRRÆ:

FELICIS MEMORIÆ.

IVDICIVM EXSPECTANS.



In eius testamentum incidimus, quod tale est:

E G O

EGO M. GARGILIVS MAMVRRA, corpore validus, hoc meum Testamentum condidi, quantum potui, examussum, & sine incuria; ac scripsi ἰσχυρα. Postquam Parca, quæ nemini parcunt, vitæ ^{propria manu.} mea stamen absciderint, ac tibi, o Gastrimarge, fama nuntiaverit ^{ad plures.} τῶς πλείους me esse, heres esto ex semisse. Q. Popinium Lurconem heredem esse volo ex parte reliqua: cui etiam scholam meam, ac bibliothecam relinquo; quas tamen eâ lege ei lego, ut opera mea, operâ eius ac studio studiosè publicentur. Tricongio calicem meum χρυσόμετρον; Stephanioni cultellum & cochlear; Trechedeipno veredum unâ cum ephippio dari donari cupio. Discipulos meos nec sepulcrum pulcrum, nec rogam rogo: hoc solum, ut omnibus feriis meas vina fundant ad inferias; eas ederâ ac cum fieri poteris pampino onerantes, atque honorantes. Quod si quid in hac mentis meæ testatione admissum omisissimve obrepserit, eam Codicilli vicem subire volo.

Discipulos multos ille quidem, sed valde illustres habuit Lurconium Muscam, Vinium Crapulam, Popinium Lurconem, Ligurium, Gastrimargum, Tricongium, Poticum, Sorbiliun, Bibaculum, Trechedeipnum, Mæsonem, Stephanionem, Laudicenum, Comedonem, Labracem, Epulonem, Dentatum, Abdominium, Cenaturionem, Placentarium, Plagipatidam, atque Laconem.

E

Quamdiu vixit, ne sibi statua à discipulis poneretur prohibuit. defuncti memoriam in scholá hoc monumento consecrarunt.

MEMORIÆ ÆTERNÆ.

MARCO GARGILIO MAMVRRÆ

PARASITOPÆDAGOGO.

EXIESVITÆ CLARISS.

VIRO EXTRA CONTROVERSIAM DOCTISS.

MAGNÆ IN EDENDO DILIGENTIÆ.

MAXIMÆ IN BIBENDO FIDEL.

IURIS VTRIVSQUE

ET CARNIVM ET PISCIVM PERITISS.

ANAGRAMMATARIO PRÆSTANTISS.

SYMBOLORVM ARTIFICI CELEBERRIMO.

PATRI ESVRITIONVM.

PARENTI ANNOMINATIONVM.

TRIBVNO VAPVLARI.

PARASITICÆ SECTÆ RESTAVRATORÆ.

CYMBALO MVNDI.

DISCIPVLI MÆRENTES PP;

